Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Lauremberg

Rector Academiae Rostochiensis Joannes Laurembergius D. Poeseos Prof. Quam superstitioso cultu ... : An. cI I XX.

[S.l.], 1620

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734587856

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

J. Lauremberg.

R.U. Prgr. 1620/6

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734587856/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734587856/phys_0002
DFG

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES LAUREMBERGIUS D.
Poëſeos Prof.

QUàm ſuperſtitioſo cultu, quantâq; curâ ferias ſuas ac feſta ſolemnia celebrarit priſcorum gentilium turba, hodieq; celebrant Abyſſini, Arabes, ac Saraceni, cùm animo nobiſcum revolvimus, tùm, niſi indignum videretur ab ijs exempla capere, quibus nos exemplo eſſe oporteret, haberemus certè in quo eorum devotionem & ardorem imitaremur, & ad feſta Chriſtianæ ac ſinceræ religionis piâ mente recolenda inſtigari poſſemus & accendi. Nefas & capital illi putant, non defecatâ mente, & animo precibus ac jejunijs non emundato, tùm & corporis omnibus membris vivo flumine non ablutis, fana ingredi, aut ſoleâ eâdem ſacro delubri pavimento inſiſtere, quâ profana & polluta loca calcaverunt: nec ſe litaturos arbitrantur, niſi hoſtiam puram adolentes, & à legitimi etiam amoris voluptate heſternâ nocte liberi. Qui Ethnicorum fervor in adulterinæ religionis ſacris ritè inſtituendis, Chriſtianos omnes meritò inflammare & impellere deberet, ut majore reverentiâ, ardentioreq; pietatis zelo genuinæ religionis ſacra ſolemnia celebrarent. Imprimis autem, quemadmodum olim Junonis feſta tum omnes fœminæ celebrabant, tùm illæ maximè, quas peculiari munere Dea hæc matronas feciſſe credebatur: ita & horum dierum feſtivitas, quibus Sancti Spiritus in Apoſtolos & omnes pios emiſſi memoria ab Eccleſia recolitur, & inexhauſtæ bonorum divitiæ, quibus nos inundat, memorantur & deprædicantur, tùm ab omnibus ſincerè Deum colentibus, tùm à nobis præcipuè, qui doctores & diſcentes in Eccleſia, Academijs, & Scholis conſtituti, vivam Sancti Spiritus auram, & flammam divini caloris quotidiè ſentimus. Ille eſt largitor ſapientiæ, & aureus imber è cœlo deſcendens, qui pectora noſtra ſitientia irrigat, mentes cœleſti rore perluit, ignorantiæ tenebras vivo lumine diſcutit. Ille ignearum linguarum effigie Apoſtolis illapſus, ſermonis & idiomatis omnium ſub cœlo populorum cognitionem ipſis unico momento infudit: & hodiè quoq; linguarum diverſarum intellectum & eloquium nobis largitur, quorum adminiculo ac miniſterio artes honeſtæ, & Eccleſiæ ac reipubl. utiles ac neceſſariæ cognoſcuntur & conſervantur. Hujus tanti doni memoriam ac celebrationem nunquam ex animo noſtro elabi patiamur: & nunc cum eccleſiâ Dei, puro animo, caſtoq; corpore favorem hunc divinæ clementiæ recolamus & celebremus. Vobis imprimis, Adoleſcentes, adlaborandum, ne juvenili fervore & incogitantiâ ſpiritus ſancti munera & exuberantes in vos divitias excutiatis, & voſmetipſos gratiæ divinæ ſubductos, favore celeſti reddatis indignos. Date operam, ne corda veſtra, in templum ſpiritus ſancti conſecrata, immundo genio proſtituatis, & delubrum illud divinæ auræ commutetis in fornicem iniquitatis. Poſtulat quidem ipſius feſti ſancta celebritas gaudium internum, ac dulci quodam motu animos noſtros afficit: & Dij quoq; ut à cunctis hilari pietate colantur, Triſtitiam poni per ſua feſta jubent: ſed ne ſancta hæc & caſta hilaritudo in luxuriem & furorem degeneret, Chriſtiani hominis eſt omnibus viribus anniti. Porrò quæ præ foribus ſunt & jam imminent nundinæ, veſtri vos officij commonefacere poſſunt, Juvenes, qui ad mercaturam literariam faciendam, Academiam hanc acceſtiſtis, & incolitis. Etenim vita hæc docta & Apollinea foro & nundinis non eſt abſimilis, in quibus tria licet reperire hominum genera, quorum primum optimum & reliquis præferendum, eorum ſcilicet qui emendo vendendoq; rem augent familiarem, & divitias ſibi congerunt: quibus comparari poſſunt doctores ac diſcentes in Academia, qui Laboris & Induſtriæ ſumptus faciunt, & Sapientiâ animi ſuppellectilem augent, ſibiq; theſaurum comparant eruditionis. Alterum eſt hominum genus, qui ſpectandi tantum causâ forum ingrediuntur, & res novas ac lepidas aut admirantur, aut ſi ſeveri ſunt, irrident; ſibi autem ipſis nil proſunt, & alijs occupatis ſunt impedimento. Tales ſunt qui in diem vivunt, & ocio indulgent, nec ſibi acquirunt proſtantes Eruditionis merces, & alijs præſtinaturis præpedimento ſunt & obſtaculo. Tertium genus perverſiſſimum & nundinarum peſtis, illi ſunt qui fora turbis complent, & clanculum ſurripiunt mercimonia, quibus æquiparantur, qui Academiæ quietem interturbant, fures precioſiſſimi temporis, Laverniones & depeculatores propriæ ſalutis, quibus una laus eſt, alterius inſidiari fortunis, & iter rumpere ad Virtutis arcem feſtinantibus. Hiſce poſtremis ut quàm diſſimilimi ſitis, ſtrenuè operam date, atq; ita vos gerite, ut in hoc feſto omnia ſint operata Deo. Deniq; xenium nundinarium Deo & hominibus tribuite Compoſitum jus faſq; animi, ſanctosq; receſſus Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto. P. P. Roſtochij, ipſo die Pentecoſtes. An. cIↃ IↃ XX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734587856/phys_0004
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734587856/phys_0005
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734587856/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734587856/phys_0008
DFG

48

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
JOANNES LAUREMBERGIUS D.
Poëſeos Prof.

Quàm ſuperſtitioſo cultu, quantâq; curâ ferias ſuas ac feſta ſolemnia celebrarit priſcorum gentilium turba, hodieq; celebrant Abyſſini, Arabes, ac Saraceni, cùm animo nobiſcum revolvimus, tùm, niſi indignum videretur ab ijs exempla capere, quibus nos exemplo eſſe oporteret, haberemus certè in quo eorum devotionem & ardorem imitaremur, & ad feſta Chriſtianæ ac ſinceræ religionis piâ mente recolenda inſtigari poſſemus & accendi. Nefas & capital illi putant, non defecatâ mente, & animo precibus ac jejunijs non emundato, tùm & corporis omnibus membris vivo flumine non ablutis, fana ingredi, aut ſoleâ eâdem ſacro delubri pavimento inſiſtere, quâ profana & polluta loca calcaverunt: nec ſe litaturos arbitrantur, niſi hoſtiam puram adolentes, & à legitimi etiam amoris voluptate heſter[illegible] liberi. Qui Ethnicorum fervor in adulterinæ religionis ſacris ritè inſtituendis, Chriſtianos omnes meritò infla[illegible] impellere deberet, ut majore reverentiâ, ardentioreq; pietatis zelo genuinæ religionis ſacra ſolemnia celebraren[illegible]mis autem, quemadmodum olim Junonis feſta tum omnes fœminæ celebrabant, tùm illæ maximè, quas peculiar[illegible] Dea hæc matronas feciſſe credebatur: ita & horum dierum feſtivitas, quibus Sancti Spiritus in Apoſtolos & [illegible] emiſſi memoria ab Eccleſia recolitur, & inexhauſtæ bonorum divitiæ, quibus nos inundat, memorantur & [illegible]tur, tùm ab omnibus ſincerè Deum colentibus, tùm à nobis præcipuè, qui doctores & diſcentes in Eccleſia, Aca[illegible] Scholis conſtituti, vivam Sancti Spiritus auram, & flammam divini caloris quotidiè ſentimus. Ille eſt lar[illegible]tiæ, & aureus imber è cœlo deſcendens, qui pectora noſtra ſitientia irrigat, mentes cœleſti rore perluit, ig[illegible]nebras vivo lumine diſcutit. Ille ignearum linguarum effigie Apoſtolis illapſus, ſermonis & idiomatis omni[illegible] populorum cognitionem ipſis unico momento infudit: & hodiè quoq; linguarum diverſarum intellectum & [illegible] nobis largitur, quorum adminiculo ac miniſterio artes honeſtæ, & Eccleſiæ ac reipubl. utiles ac neceſſariæ [illegible]tur & conſervantur. Hujus tanti doni memoriam ac celebrationem nunquam ex animo noſtro elabi pati[illegible] nunc cum eccleſiâ Dei, puro animo, caſtoq; corpore favorem hunc divinæ clementiæ recolamus & celebrem[illegible]s imprimis, Adoleſcentes, adlaborandum, ne juvenili fervore & incogitantiâ ſpiritus ſancti munera & exu[illegible] vos divitias excutiatis, & vosmetipſos gratiæ divinæ ſubductos, favore celeſti reddatis indignos. Date operan[illegible] veſtra, in templum ſpiritus ſancti conſecrata, immundo genio proſtituatis, & delubrum illud divinæ auræ [illegible] in fornicem iniquitatis. Poſtulat quidem ipſius feſti ſancta celebritas gaudium internum, ac dulci quodam mo[illegible]oſtros afficit: & Dij quoq; ut à cunctis hilari pietate colantur, Triſtitiam poni per ſua feſta jubent: ſed ne ſa[illegible] caſta hilaritudo in luxuriem & furorem degeneret, Chriſtiani hominis eſt omnibus viribus anniti. Porrò [illegible]ribus ſunt & jam imminent nundinæ, veſtri vos officij commonefacere poſſunt, Juvenes, qui ad mercaturam l[illegible] faciendam, Academiam hanc acceſtiſtis, & incolitis. Etenim vita hæc docta & Apollinea foro & nundin[illegible]ſimilis, in quibus tria licet reperire hominum genera, quorum primum optimum & reliquis præferendum, e[illegible]t qui emendo vendendoq; rem augent familiarem, & divitias ſibi congerunt: quibus comparari poſſunt do[illegible]iſcentes in Academia, qui Laboris & Induſtriæ ſumptus faciunt, & Sapientiâ animi ſuppellectilem augen[illegible]ſaurum comparant eruditionis. Alterum eſt hominum genus, qui ſpectandi tantum causâ forum ingrediuntur [illegible]vas ac lepidas aut admirantur, aut ſi ſeveri ſunt, irrident; ſibi autem ipſis nil proſunt, & alijs occupatis ſunt imp[illegible] Tales ſunt qui in diem vivunt, & ocio indulgent, nec ſibi acquirunt proſtantes Eruditionis merces, & al[illegible]turis præpedimento ſunt & obſtaculo. Tertium genus perverſiſſimum & nundinarum peſtis, illi ſunt qui f[illegible]omplent, & clanculum ſurripiunt mercimonia, quibus æquiparantur, qui Academiæ quietem interturbant, [illegible]oſiſſimi temporis, Laverniones & depeculatores propriæ ſalutis, quibus una laus eſt, alterius inſidiari fortun[illegible]r rumpere ad Virtutis arcem feſtinantibus. Hiſce poſtremis ut quàm diſſimilimi ſitis, ſtrenuè operam date, atq[illegible]rite, ut in hoc feſto omnia ſint operata Deo. Deniq; xenium nundinarium Deo & hominibus tribuite Com[illegible] faſq; animi, ſanctosq; receſſus Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto. P. P. Roſtochij, ipſo die Pentecoſt[illegible] Iↄ XX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734587856/phys_0009
DFG